



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

34. Dom. 1. post trinit. De diuite & Lazaro Luc. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

DOMIN. TOTIUS ANNI 73

Non sicut manducauerunt patres vestri 3° manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in aeternum. Considera hic modum, quoad dignam communionem parare te debeas, nempe, ut neq; cum nausea, neq; cum murmure, neq; ex consuetudine, neq; coactus ad illam accedas, haec n. in veterib. sumentibus manna arguuntur, sed magno desiderio & fame imbibendi Spiritum Christi. Quo enim maiori cum fame & siti accesseris, hoc melius tapiet cibus. cibus aut, quo magis sapit, hoc magis nutrit. 2. Considera, nullā aliā causam aridatis tuæ & parw profectus in virtute esse, quam quod non accedas cū hac sancta fame; qui n. dignè accedit, viuet in aeternum i. semper proficiet, & melior euadet.

DOMINICA I. POST TRINIT.

De diuite & Lazaro. Luc. 16.

DIXIT Iesusturbis. Dives splendide viuens 1.
& nihil mendico conferens, mortuus est,
& sepultus in inferno. Considera diuti nulum nomen dari, quia impiorum nomina delentur de libro vitæ; & nulla eorum post mortem etiam in mundo remanet memoria 2. tribus vitiis eum deditum fuisse, superbiæ, quia byssō indutus, in temperantię;

B 5 quia.

74 MEDITATIONES IN

quia splendide epulabatur quotidie; & avaritiæ, quia nec micas dedit pauperib. vt discas cauere pretiosas vestes in quocunq; statu, lauitiam in cibo, & crebram ebrietatem, deinde tenacitatem in dando aliquid egenis, vel aliis operib. misericordia præstandis, ne periculū incurras damnationis. 3. fuisse sepulrū in inferno, vt intelligas, infernum esse locum sub terra profundissimum, plenū tenebrarū & horroris, ex quo nulla sit redemptio, vel redditus.

2. Mendicus nomine Lazarus, ulceribus plenus ne micam quidem à diuite exorans, post mortem ab angelis delatus est in sinum Abraham. Considera, nomen piorum mendicorum quos mundus non agnoscit, apud Deum in perpetua vigere memoria, sicut nunc viget Lazari in Ecclesia per 1500. annos. 2. considera, Lazarum hunc non ob miserabilem hanc inopiā & miseriā salutū, sed ob patientiam in ea toleranda. vnde disce amare potius paupertatem, quam diuitias, & paupertatem quidē voluntariam, quia pauperum spiritu Christus ipse dicit esse regnū cœlorū. Item vilitatem vestitus, vulgares cibos. iejunia, aliasq; afflictiones carnis, sanitatē nō pluris facere, quā ægritudinem; quia hulcera plus profuere saluti

Laza-

Mat. 1

N
; & a-
rib. vt
ocunq;
ebrie-
do ali-
cordia
amna-
intel-
a pro-
rroris,
tus.
ius ple-
s, post
Abra-
ndico-
apud
n, sicut
o. an-
on ob-
salua-
a. vnde
am di-
ariam,
e dicit
estitus,
tiones
i aegri-
e saluti
Laza-
DOMIN. TOTIVS ANNI. 75

Lazari, quam sanitas diuiti.

Diuini ex inferno imploranti opem Abraham1. respondit. Fili recordare, quia receperisti bona in vita tua, & Lazarus mala. nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Considera, sicut nullū bonū irremuneratū manet apud Deū, sic nullū malū manere impunitū, siue in hac vita, siue in futura. Deus n. est iustus iudex, reddens vnicuiq; secundū opera sua, ut sāpe Scriptura loquitur. Quo sēsu B. Pauls dicit, quae homo hic seminat; alibi mesurum. 2. neminem posse simul hic lætari, & alibi, ut clare hic testatur Abraham. nam diues hic lætatus, alibi cruciatur; cōtra Lazarus hic cruciatus, alibi consolatio. Luc. 6. ne vera fruitur. Vnde & Dominus dixit. Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Væ vobis quiridetis, quia lugebitis.

Gen. 4.
Ioan. 5.
Gal. 6.

DOMIN. II. POST TRINIT.

De cœna magna. Luc. 14.

DIKIT Iesu discipulis. Homo quidam ad cœnam magnam per seruū inuitauit mul-
tos. Considera, hominem illum esse Christum Deum & hominem, cœnā verò glo-
riā cœlestem. ut enim cœna datur iis qui die laborant, sic gloria illa dabitur illis,
qui strenuè in hac vita vsq; ad mortē pro nomine Christi sudarunt. Vnde sicut ope-
rarii post-